

Ecole de néo-latin – ENS Lyon – 18-21 avril 2016

S. Laigneau-Fontaine, Université de Dijon :

Lyon et les poètes du *Sodalitium Lugdunense* à la Renaissance

Bibliographie :

- Il Rinascimento a Lione, Atti del Congresso Internazionale*, Univ. degli Studi di Macerata, Macerata, 1988.
- Intellectual Life in Lyon, Proceedings of the Cambridge Lyon Colloquium*, Cambridge, Cambridge French Colloquia, 1993.
- Lyon et l'illustration de la langue française à la Renaissance*, sous la dir. de G. Defaux, Lyon, E.N.S. Editions, 2003.
- Les arrière-boutiques de la littérature. Auteurs et imprimeurs-libraires aux XVI^e et XVII^e siècles* (E. Keller-Rahbé dir.), Toulouse, P.U. du Mirail, 2010.
- Buisson, Ferdinand, *Sébastien Castellion, sa vie et son œuvre (1515-1563) : étude sur les origines du protestantisme libéral français*, Paris, Hachette, 1892.
- Febvre, Lucien, *Le problème de l'incroyance au XVI^e siècle. La religion de Rabelais*, Paris, Albin Michel, 1974² (1942).
- Huchon, Mireille, *Louise Labé, une créature de papier*, Genève, Droz, 2006, chap. 1 « Magnificences de Lyon ».
- Laurens, Pierre, *L'abeille dans l'ambre. Célébration de l'épigramme de l'époque alexandrine à la fin de la Renaissance*, Paris, Les Belles Lettres, 2015² (1989).
- Lazard, Madeleine, *Louise Labé*, Paris, Fayard, 2004, chap. 1 « le climat lyonnais ».
- Saulnier, Verdun-Louis, *Le Prince de la Renaissance lyonnaise, initiateur de la Pléiade : Maurice Scève*, Paris, Klincksieck, 1948-49, chapitre 6 : « Lyon latin ».

I) **Lyon à la Renaissance**

-G. Ducher, *Epigrammatôn libri duo*, ép. I, 74 : De D<omino> Ioanne Talarutio, beati Ioannis apud Lugdunum comite. Ad librum suum, poeta

Quaere Forum Veneris, montis sublime cacumen,	1
Vnde et Lugdunum Sol uidet occiduus,	
Clarus Ioannes montem Talarutius illum,	
Ad diui Thomae limina sancta colit.	
Nec colit hunc solus, Musis admixtus amoenis	5
Si Musas uere sacra poesis habet.	
Quaere, libelle, uirum ; sumendus fronte serena,	
Vt Phoebos sacris uerus amicus homo est.	

-Maurice Scève, *Délie, objet de très haute vertu* (1544), dizain 17 :

Plus tost seront Rhosne et Saone desjointz,
 Que d'avec toy mon cœur se desassemble :
 Plus tost seront l'un, et l'autre Mont jointz,
 Qu'avecques nous aulcun discord s'assemble :
 Plus tost verrons et toy et moy ensemble
 Le Rhosne aller contremont lentement,
 Saone monter tres violement,
 Que ce mien feu, tant soit peu, diminue,

Ny que ma foy descroisse aulcunement.
Car ferme amour sans eulx est plus que nue.


-Charles Fontaine, *Ode de l'antiquité et excellence de la ville de Lyon* (1557) :

Où est la ville ayant tel bruit
En Changes, Foires, Marchandises ?
Nulle mieux que Lyon ne bruit
Soient les Anvers ou les Venise.

-Du Bellay, *Regrets* (1558), sonnet 137 :

Sceve, je me trouvoy comme le filz d'Anchise
Entrant dans l'Elysee, & sortant des enfers,
Quand apres tant de monts de neige tous couvers
Je viz ce beau Lyon, Lyon que tant je prise.
Son estroicte longueur, que la Sone divise,
Nourrit mil artisans, & peuples tous divers :
Et n'en desplaise à Londre', à Venise, & Anvers,
Car Lyon n'est pas moindre en fait de marchandise.
Je m'estonnay d'y voir passer tant de courriers,
D'y voir tant de banquiers, d'imprimeurs, d'armuriers,
Plus dru que lon ne voit les fleurs par les prairies.
Mais je m'estonnay plus de la force des pontz,
Dessus lesquelz on passe, allant dela les montz,
Tant de belles maisons, & tant de metairies.

-Marque de l'éditeur Sébastien Gryphe :



II) Le sodalitiūm Lugdunense

-Visagier, *Epigrammatum libri IV* (1537), p. 260 :

AD SODALITIVM AMICORVM LVGDV- NENSIVM.

*Antiquæ immemores sodalitatīs
Vnus uos uocat è sodalitate
VVLTEIVS uocat ad sodalitatē,
Qui prodesse cupit sodalitati.
Quare uos properate, uos uenite
Turmatim ò socij, precor, uenite
Iamiam, haud uos decet esse contumaces,
Nec sanctæ immemores sodalitatīs.
Vnus dum petit è sodalitate,
Qui prodesse cupit sodalitati.*

-Principaux poètes latins du *Sodalitiūm Lugdunense* :

-Nicolas Bourbon (Nicolaus Borbonius),

Epigrammata, Lyon, L. Hillaire, 1530.

Nugae, Paris, Vascosan et Bâle, Cratander, 1533 (éd. mod. S. Laigneau-Fontaine, Genève, Droz, 2008).

Nugarum libri octo, Lyon, Gryphe, 1538 et Bâle, Cratander, 1540.

-Etienne Dolet (Stephanus Doletus)

Carminum libri IV, Lyon, Gryphe, 1538 (éd. mod. C. Langlois-Pézeret, Genève, Droz, 2009).

-Gilbert Ducher (Gilbertus Ducherius)

Epigrammatōn libri duo, Lyon, Gryphe, 1538 (éd. mod. S. Laigneau-Fontaine et C. Pézeret, Paris, Champion, 2015).

-Jean Visagier (Joannis Vulteius)

Epigrammatum libri duo, Lyon, Gryphe, 1536.

Epigrammatum libri quattuor, eiusdem Xenia, Lyon, Parmentier 1537.

Hendecasyllaborum libri quattuor, Paris, Simon de Colines, 1538.

Inscriptionum libri duo, Paris, Simon de Colines, 1538.

III) La poésie du sodalitiium

1) Un art poétique de l'épigramme

a) Le *topos* de la modestie de l'auteur

-Nicolas Bourbon, *Nugae*, ép. 3 : AD LECTOREM

Quem iuuat immensi caussas inquirere mundi,	1
Fulmina qua fiant, qua ratione cadant,	[A 8 r°]
Cur sol æstiuus percurrat segnius orbem,	
Noctibus hybernis quæ sit et unde mora,	
Quid mare, quid uentus, quid terra, quid ignis et aër	5
Vnde hominum, uolucrum quadrupedumque genus,	
Res gestas regumque ducumque et bella gigantum,	
Aut si quid tragicum mirificumque magis,	
Hæc (inquam) qui nosse uoles tam grandia, abito :	
Ista tibi est alio fonte leuanda sitis.	10
Hic nihil est aut, si quid inest, audacior ætas	
Musaque colludunt et puerilis Amor.	

-Gilbert Ducher, *Epigrammatôn libri duo*, I, 3 : Ad D<ominum> Annam Reginum

Dulce decus uatum, oratorum gloria, cuius	1
Cultos se ingenio Pallas, Apollo uident,	
Ad te parua licet nostrae sint munera Clius,	
Ne, Regine, tamen spreueris illa ferox.	
Quir spernas autem ? Capiunt munuscula Diui,	5
Persica, pruna, nuces, coctona, fraga, rosas.	

-Bourbon, *Nugae*, ép. 267 : 267- Ad D<omnium>Carolum Turnonium, pont<ificem>
V<ivariensem>, herum ac mecœnatem suum

Salue, Pontificum certissima gloria, Carle,	1
Carle, decus Musæ præsidiumque meæ !	
Fama tuæ summum uirtutis pulsat Olympum	
Et tua laus toto spargitur orbe frequens.	
Me sæpe et iuuenem et tibi scribere multa parantem	5
Virtutis fulgor terruit ille tuæ ;	
Obstupui, et tantum dubitavi culmen adire,	
Pauper et obscurus nullaque dona ferens.	
At tua me pietas postquam collegit et esse	
A studijs uoluit consilijisque tuis,	10
Paucula mox alacer collegi epigrammata nostra	
Reliquiasque quibus flamma pepercit edax.	
Nam bona pars periit patrias cum nuper in ædes	
Sæuaret Veneris uirque satuque loue.	
Quod superest, mitto ; gratum accipe, præsul, et istis	15
Expecta meritis munera digna magis.	
Sunt <i>Nugæ</i> , sunt ingenij præludia nostri :	
Qui nihil inceptat, finiet ille nihil.	

-Visagier, *Epigrammatum libri duo* (1536), p. 12 :

Ad Libellum.

**I, fuge Lugdunum sine me liber, I, fuge in urbem,
Excipiet prompta Gryphius ille manu.
Te castigandum docto dabit inde Doletio:
Cuius censuram sit tibi dulce pati.
Posthæc nasutos contemnes, deniq; nasos,
Atq; canum rabiem, Zoileasq; notas.**

b) Le « changement dans la répétition »

-Bourbon, *Nugae*, ép. 536 : Ch<ristophi> Longolij epitaphion :

Nuper apud manes crudeli funere raptum

1

Longolium Cicero uidit et obstupuit :

« Quis nouus hic error ? Nostri altera uenit imago ?

Vtra (ait) umbra mea est aut uter est Cicero ? »

-Id., *Ibid.*, ép. 537 : Aliud :

Longolium insano Ciceronis amore flagrantem,

1

Mercurius nobis abstulit ante diem,

Scilicet ille sibi ne linguæ auferret honores.

Heu diuos etiam, Liuor acerbe, petis ?

-Ducher, *Epigrammatôn libri duo*, ép. I, 7 : In temeritatem :

Dum patrios Phaeton scandit temerarius axes,

1

In medium pronus corruit Eridanum.

Dum male commissis patrem anteit Icarus alis,

Aequoreis praeceps piscibus esca fuit.

Ne supra uires quicquam aggrediamur inepte,

5

Exemplo fuerunt Icarus et Phaëton.

-Id., *Ibid.*, ép. I, 8 : Aliud :

Dum iacet Alcides patulaque sub ilice dormit

1

Et defuncta tenet membra labore quies,

Illum Pygmaei tripedales, agmine facto,

Multi unum tota sedulitate petunt.

Conati inter eam incautum obruncare quietem,

5

Gens excors, uires nec bene mensa suas.

Demum experrectus somno, unus prouocat omnes

Victorum et uictor corpora fusa terit.

[p. 8]

c) L'art de la pointe

-Visagier, *Epigrammatum libri duo* (1536), p. 16 :

Ad Sustrium.
Quòd misero diues iuncta est tibi Iulia, Sustrì,
Non facit hoc uirtus, mentula longa facit.

-Bourbon, *Nugae*, ép. 523 : AD LODOICVM CARINVM, Heluetium :

Ingeniorum hodie Germania dicitur altrix,	1
Atque eadem sedes artibus esse bonis.	
Esto. Non illi tamen aurea Gallia cedit	
Relligione, opibus, dexteritate, uiris.	
Denique mirandum si quicquam protulit ora	5
Germana, in gremio Gallia nostra tenet.	
Te, Lodoice, tenet. Quid fles, Germania ? Nobis	
Se dedit : huncce tibi sit genuisse satis !	

-E. Dolet, *Carmina*, I, 18 : In Lipaltum, uersificatorem maledicum

Lipalte, scis quare meorum carminum
diuersa non nosti genera ? Omnino inde fit
quod carminis nullum genus nosti probe.

2) Amitiés et brouilles du Sodalitium

a) Définition cicéronienne de l'amitié

-Cicéron, *Laelius*, pg 20 : Nihil aliud nisi omnium diuinarum humanarumque rerum cum beneuolentia et caritate consensio ; pg 22 : Neque ego nunc de ulgari aut de mediocri, quae tamen ipsa et delectat et prodest, sed de uera et perfecta loquor, qualis eorum qui pauci nominantur fuit.

-Cf. Bourbon, *Nugarum libri octo* (1538), I, 80 : Amicitia :

Amicitia, quae inter bonos coaluit
Teneris ab annis, permanet

-Dolet, *Carmina*, I, 12, 5-8 (à Maurice Scève) :

Mores pares parque ingenii uigor
Ac uota pulchre conuenientia,
Par uita prorsus nos libentes
Foedere perpetuo ligauit.

b) Une expression exacerbée de l'amitié

-Visagier, *Epigrammatum libri IV* (1537), p. 44 :

A . D S C A E V A M .

**Sat scio, Scaeva, tibi tot sunt, tantiq; sodales,
Vt nullus mihi sit iamq; in amore locus.
Hunc, hunc, si superest quisquam, nos Scaeva rogamus.
Vix salua fronte hoc Scaeva negare potes.
Obscurus quòd sum, facies quòd rustica, Scaeva:
Quòd tibi sum, quaeso, ne moueare, nouus.
Hoc ueteres primùm chari, iunctiq; fuere:
Qui nouus est, tibi post, post tibi notus erit
Si bonus est nouus ille, tuum quem Scaeva recusas,
Quo ueteres uincat tempore, tempus erit.**

c) Une *amicitia* littéraire

-Eloges mutuels

-Bourbon, *Nugarum libri octo*, VII, 61, 1-2 (sur l'édition de Martial par Ducher) :

Huc, huc lector ades lepidosque euolue libellos
quos tibi perpoliit Ducheriana manus.
Inter tot uates, quos Gallia nostra canoros
nunc habet, huic non laus ultima iure datur.

-Id., *Ibid.*, V, 55 : Clementis Maroti poëtae Gallici laus :

Carmina quae scribit Gallo sermone Marotus
Viuent dum uiuent et tua, magne Maro.

-Ducher, *Epigrammatôn libri duo*, II, 36 : Ad Gulielmum Scaeuam :

Quam multis anteit parasangis Stella Catullum, 1
Nec scit posteritas, nec monumenta docent.
Illum Bilbolicus uates, ex omnibus unus
Aoniis olim uatibus inseruit.
Bilbolicum uatem, nedum ipsum uero Catullum, 5
Anteis ingenio, Scaeva diserte, tuo,
Vt testudineos incessus Pegasus atque
Bucephalus, domini clarus amore sui.

**-Dolet, *Carmina*, I, 23 : Ad Franciscum Rabelaesum, de mutua inter se et Clementem Marotum
*amicitia***

Peperere Musae sat beato et optato

partu Marotum et Doletum ; ac utrunque
iisdem fere instruxere moribus et iisdem
probe artibus ornarunt, siquidem componendi
uersus minime uulgari at insigni et rara
felicitate. Jam quibus par concessa est
uirtus, amicitia inuicem conflagrare
miraris ? Id facit similitudo morum
et atrium earundem societas concordans.

-Bourbon, *Nugarum libri octo*, VI, 51 :

Macrine, si ut muli sumus
poetae, quur identidem
nos non fricamus mutuo ?
Frico ergo te, me refrica.

-La pratique de l'imitatio

-Visagier, *Hendecasyllaborum libri IV* (1538), p. 12 (v. 1-5) :

Telum perdidit in me Amor, quod infans
misit ; dein grauiter dolere coepit.
Sciuit hoc Venus atque corde ab imo
tot suspiria traxit ut suum ignem
extinctum lachrymis suis uideret.

-Scève, *Délie* (1544), dizain 89 :

Amour perdit les traictz qu'il me tira
Et de douleur se print fort a complaindre :
Venus en eut pitié & souspira,
Tant qu'elle fit par ses pleurs sa torche esteindre.

-Marot, *Adolescence clémentine* (1532), Rondeau LVI :

Au temps passé Apelles Painctre sage
Feit seullement de Venus le visage
Par Fiction : mais (pour plus hault atteindre)
Ton Pere a faict de Venus (sans rien faindre)
Entierement la face et le corsage.
Car il est Painctre et tu es son ouvrage
Mieux ressemblant Venus de forme et d'aage,
Que le Tableau, qu'Apelle voulut paindre
Au temps passé.
Vray est qu'il fait si belle son ymage,
Qu'elle eschauffoit en Amour maint courage ;
Mais celle là que ton Pere a sceu taindre,
Y met le feu, et a dequoy l'estaindre :
L'aulture n'eut pas ung si gros advantage
Au temps passé.

-Bourbon, *Nugae*, ép. 213 : 213- Ad puellam :

Olim qui Veneris uultum depinxit Apelles,	1
Maximus et primus fertur in arte sua.	
Ecce tamen genitor tuus est praestantior illo	
Cuius peniculo sis dea facta Venus.	[E 7 v°]
Illa quidem multos urebat Apellis imago,	5
Atque aliquot iuuenes cepit amore sui.	
Non habuit tamen unde suos restingueret ignes,	

Tu simul inflammas et medicamen habes.

-Ducher, *Epigrammatôn libri duo, I, 156 : Ad Verneam pictoris filiam :*

Vultum olim Veneris laudatus finxit Apelles	1
Qui tamen humanis funderet ignem oculis.	
At tuus ille pater nos edocturus aperte	
Quam Venerem inscite finxerat ille suam,	
Formam in te Veneris ueneresque expressit amoenas,	5
Adiungens illex corpus ad igniculos.	
Ille etenim toto est pictor clarissimus orbe,	
Tu contra excellens, Vernea, patris opus.	
Et tamen hoc Venerem possis anteire, quod illa	
Iniectam flammam extinguere non potuit.	10
Si tuus o quenquam uultus forte usserit, illi	
Dulce refrigerium corpore potes.	

d) Les brouilles du *Sodalitium*

-Les accusations de plagiat

-Bourbon, *Nugarum libri octo, IV, 77, 5-10 :*

Libellum profert, titulum Epigrammatôn :
 Lego, percurro, audivissime. Quid pluribus
 Verbis opus ? Inuenio illic e Nugis meis
 Surrepta carmina innumera et sententias
 alio tortas et argumenta pleraque
 adsuta ineptiis nebulonis illius.

-Visagier, *Epigrammatum libri duo, p. 21 :*

Ad Cliniam.

***Que uiolas uiolis mentem uiolentius, oro,
 Ne uioler uiolis: fac uioles uiolas.***

-Bourbon, *Nugae, ép. 164 :Ad amicam :*

Cur uiolas mittis ? Nempe ut uiolentius urar
 Heu, uiolor uiolis, ô uiolenta, tuis !

-Id., *Epigrammata (1530), fol. XXIII v° :*

Me uiolas uiolis uiolens uiolenter et uris
 Vaeh tibi, uaeh uiolis o uiolenta tuis.

-Le « cas » Dolet

-Visagier, *Epigrammatum libri IV*, p. 230 : *Ad poetas Gallos, de Doletto* :

**Vos igitur Vates, uati succurrite, uestra
Musarum Musæ uoce fauete patri,
Qui de more graues uersus, dulcesq; canebat,
Ecce dolet profugus, præq; pudore tacet.
Quem Rhodanus, quem plorat Arar, multisq; superba
Urbs olim atq; hodie gentibus, arce, situ
Sequana, quemq; Liger, flēt Matrona & Axona: alumni
Deq; sui luctu Gallia tota gemit,
Cuius fatalem casum, curasq; metumq;
Fortunamq; malam saxea corda dolent.**

-Id., *Ibid.*, p. 258 :

**A D F R A N C I S . R E G E M
D E D O L E T O .
Num cruce, num flamma, fœdo num carcere dignus
Aeternum cuius dextera fecit opus?
Non ita, sed largo donandus munere, clarum
Extincto cuius corpore nomen erit,
Ad Libros, & ad Aonidum sacra non ne uocatum,
Esset damnatum ingens ante perire diem?**

-Dolet, *Carmina*, II, 12 : *Ad Antonium Arlerium, tempore felici multos adesse amicos, tristi et calamitoso, nullos.*

Quando sors facilis te altius erigat
et plena cumulet diuitiis manu
concedatque tuis omnia prospera
uotis, facta benignior,

Ecquem tunc amicum adfore non putas ?
Quod non obsequium, quidue operae cito
non deferri ? Ita apes floribus assident
natura bene olentibus.

Quando sors faciem obuertat et aspere
te multis agitet casibus ac malis
tundat teque bonis expoliet datis,
paulo facta inimicior,

Ecquem tu tibi amicum adfore nunc putas ?

Ecquodue obsequium quidue operae
tunc deferri ? Ita apes floribus abstinent
Natura male olentibus.

-Visagier, *Hendecasyllaborum libri IV*, p. 9 :

IN QUENDAM INGRATVM.

*Tebes qui propriam tuis amicis
Vitam, cur tibi neminem fuisse
Talem, qualis amicus esse amico
Debet temporibus malis, ab ii' sq;
Dicis omnibus in tuo relictum*

*Casus? dic mihi per caput redemptum,
Per nuper tibi redditam salutem,
Sic amicitiae, ò scelus, tuorum
Respondes? satis esse nõnne credis
Hoc factum modo singulari amori?*

-Id., *Ibid.*, p. 87 :

AD LEDOTVM.

*Nullus quòd tibi vult amicus esse,
Causa est, semper abuteris parato
Amico. poteris malo huic mederi
Hac sola ratione: fac amicum,
Nullo tempore quo velis abuti.*

3) Erasmisme et anti-érasmisme

-Bourbon, *Nugae*, ép. 548 : IN ERASMVM ROTER<ODAMVM> :

Dircaëum referens cygnum, Linon, Orphea, Phœbum,	1
Quem non uoce tua, dulcis Erasme, rapis ?	
Allicis, inuitas, flectis mortalia corda,	
Nil mortale melos quod modularis habet.	
Deterres homines duros à Marte cruento,	5
Duriciem morum barbarieñque domas.	
Humanis ornas studijs formasque iuuentam,	
Hortaris tremulos ad meliora senes.	
Præstigias aboles ueterum cultuñque deorum,	
Et sternis ueræ religionis iter.	10
Et retegens hominum fraudeñque doloñque malorum	
Ad præcepta Dei nos ueneranda uocas.	
Virtutem ac pacem instillas, cœlestia dona,	
Vnde salus, quæ sit uita beata doces.	[N 7 r°]
Tam ferus est nemo quem non tua dictio frangat,	15
Nam fluit à labris suada medulla tuis.	
Scripta tua ostendunt quàm sit uir amandus ERASMVS,	
Nempe trahit quercus, flumina, saxa, feras.	
Tanta pater summus qui per te monstra subegit,	
Ingenio nunquam desit, Erasme, tuo.	20

-Bourbon, *Nugarum libri octo*, p. 328 (lettre préface à Lucio Stella) :

Ciceroniani sunt. Budaëus, Erasmus, Politianus nihil sunt. Quid de nostri seculi hominibus loquor ? Quintilianus, duo Plinii, Gellius et quotquot illius temporis extant autores, infantissimi sunt. De poetis idem sentiendum. Praeter Virgilium, nullum esse dignum lectu. Et tamen isti noui homines in eo humanitatem suam ostendunt, insignem profecto illam et memorabilem, quod poetis illis ac quam plurimis aliis doctrinam non defuisse eamque multam satis et suscipiendam fatentur et agnoscunt : eloquentiam uero pernegant. Ciceronem unum esse imitandum, tanquam solum eloquentem et uerum oratorem. Virgilium poetam unum esse apud Latinos et dignum qui ediscatur. Caeteros omnes fastidiunt merasque esse umbras poetarum et simias aiunt. Set iam pertaesum est, mi Stella, istorum barbatulorum.

-Ducher, *Epigrammatôn libri duo*, I, 48, 17-fin :

Franciscanus, ubi uirum atque nummos	
Ferre intelligit, ad piaculum illud	
Perculsus timuit : sibi que dixit	
Nequaquam esse licere tum scelesto	20
Vt tangatue feratue nummulum ullum ;	
Statimque in rapidum abiicit fluentem,	
Traiectus medio in labore, Scaurum.	

-Dolet, *Carmina*, II, 19, 1-9 : Ad Iulium Caesarem Scaligerem, de suo dialogo in Erasmum Rotterodamum

Cogente fato debitas poenas luit
 Erasmus, ut qui quoslibet
uel immerentes garrula eloquentia
 uexauit ; asper in bonos,
supplex remorsuro. Ac perennem credit
 sibi patere nominis
accessionem, nemini si parceret
 et eleuaret omnium

praeclara scripta digna uel Demosthene.

4) Les amours du Sodalitium

-Brûlure d'amour :

-Bourbon, *Nugae*, ép. 464 :

Desine tam uarijs me nutibus urere, uirgo,
Eiaculans in cor lampadas usque meum.
Nam tua ridentis uiuam dant lumina flammam,
Hinc uiuam in flammam me quoque uertit amor.

-Id., *Ibid.* ép. 200, 3-6 :

Nempe ego sum fornax, intus sunt uiscera flamma,
Semper inextinctis uror ut Aetna rogis.
Si summo attigero digito (mirabile dictu)
Et maria et tellus et polus ignis erunt.

-Seruitium amoris

-Ducher, *Epigrammatôn libri duo*, ép. I, 37 : Ad Gelliam :

Me supplex fateor, me sentio, Gellia, uictum Seruumque dico me tuum.	1
Vicisti tandem, uicisti cor uafra tandem Adsultibus multis meum.	
At quum duram adeo te praebes, protinus ipsa Anima minatur exitum,	5
Si modo cor uictum saeuissima pascere pergis, Doloribus saeuissimis.	

-Catullianisme et néo-platonisme

-Bourbon, *Nugae*, ép. 13

Surripui tibi dum dormis, mea bella Rubella,
Basiolum dulci nectare dulce magis.
O male me sanum qui, quod me torquet et urit,
Id dicam dulci nectare dulce magis.

Cf. Catulle, 99, 1-2 (ad Iuuentium) : Surripui tibi, dum ludis, mellite Iuuenti, /
suauiolum dulci dulcius ambrosia.

-Ducher, *Epigrammatôn libri duo*, ép. I, 11 : Ade Gelliam

Otia si tollas, periisse Cupidinis artes, Nemo negarit, Gellia.	1
Quo puer extremi uehemens infusor amoris Incogitantem me mihi	
Sustulit, et totum tibi transtulit impius, illo Vixi otiosior die.	5
Indigna historiis tamen est uictoria, quando Paratus incautum petit.	

-l'amour partagé

-Visagier, *Epigrammatum libri IV*, p. 29 :

A D C L I N I A M .

**Tu sine me, sine te nec possum uiuere: nam tu
 Pars uitæ, atque ego sum dimidiata tuæ.
 Quicquid enim facio, sine te nihil esse putatur:
 Hoc sine me uanum quicquid & ipsa facis.
 Quod meditor sine te, uanas uanescit in auras,
 Illa etiam, sine me quæ meditare, fluunt.**

-Id., *Ibid.*, p. 118 :

D E S E I P S O , E T C L I N I A .

**Dum uixit, uiuit, uiuet mea CLINIA, mentem
 Hæc tenuit, tenet hæc, corq; tenebit heri.**